



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

325. Angeli apparent mulieribus in loco sepulcri.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

502 GLORIA IESU

ET ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum. *Matth. 28. v. 2.*

II. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur: & vestimentum ejus sicut nix. *Matthaei 28. Vers. 3.*

III. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. *Matthaei 28. v. 4.*

MEDITATIO CCCXXV.

Angeli apparent mulieribus in loco sepulchri.

ET dicebant (Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome, *Marc. 16. v. 1.*) ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? *Marc. 16. v. 3.* erat quippe magnus valde, *Vers. 4.* Et respicientes viderunt revolutum lapidem. *Marc. 16. v. 4.* Invenerunt lapidem revolutum a monumento. *Luc. 24. v. 2.*

II. Et introeuntes in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stolâ candidâ, & obstupuerunt. *Marc. 16. v. 5.* Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos. *Matthaei 28. v. 5.* Nolite expavescere. *Marc. 16. v. 6.*

Scio

CHRISTI REDIVIVA 303

Scio enim, quòd IESUM *Matth. 28. Vers. 5.*
Nazarenum, *Marc. 16. v. 6.* qui crucifixus
est, quæritis. Non est hîc: surrexit enim, si-
cut dixit. *Matth. 28. v. 5. & 6.* Ecce locus,
ubi posuerunt eum. *Marc. 16. v. 6.* Venite,
& videte locum, ubi positus erat Dominus.
Matth. 28. v. 6.

III. Et ingressæ non invenerunt corpus
Domini IESU. Et factum est, dum mente
consternatæ essent de isto, ecce duo viri ste-
terunt secus illas in veste fulgenti. *Luc. 24.*
Vers. 3. & 4.

MEDITATIO CCCXXVI.

*Mulieres ab Angelis magis instruuntur
de Resurrectione Domini.*

I. **C**Um timerent autem, & declinarent
vultum in terram, dixerunt (duo viri)
ad illas: Quid quæritis viventem cum mor-
tuis? Non est hîc, sed surrexit. Recordami-
ni, qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in
Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium ho-
minis tradi in manus hominum peccatorû,
& crucifigi, & die tertiâ resurgere. Et recor-
datae sunt verborum ejus. *Luc. 24. Vers. 5.*
v. 7. 8.

II. Sed